



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

6. De damno iniustè dato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

C A P. VI.

De damno iniustè dato.

Damnificatio alia est lucrosa, V. C. furtum, m. næ, alia non lucrosa.

Damnificatio non lucrosa aliquando inferitur que villa culpe, ut potest à non capace culpe V. C. Suf- fans vel amens domum incendat, nauem submerge vel quia iusta causa adest damni inferendi, pura publicam vindictam. Item si domus vicini detinatur ea parte, qua nondum igne correpta, quando necessarium iudicatur, ad arcendum ignem, ne ignis diffusus, maius damnum inferat. In talibus casis nulla culpa damni resarcendi contrahitur. Nisi quo Bartholus & alij secundum aequitatem respon- sunt, si domus vicina destruatur, ne ignis magna tmum vicinis inferat, ab omnibus communiter standum, quorum causa accidit, quia ita etiam mercium iactura statutum est.

Qui, nullo pacto præcedente, damnum de absque culpa theologica, in conscientiæ foro, ad- iam restitutionem obligatur, secus est in foro ex- no, vbi actio datur ex L. Aquilia. Ex qua de- dato ad integrum eius resartionem compelli posse V. C. si ex ædibus aliquid eieceris, inconsul- deris, si canem alligare, candelam extingue- num claudere oblitus sis, atq; exinde damnum redi- euenerit: item si vel mancipium vel bestia dam- dederit absq; domini culpa, vt nihilominus dam- ab ipso compensandum sit, vel mancipium aut ani- mal noxæ dandum, vnde & actio noxalis dicitur. Ad- enim obligatio aliqua ex legum ciuilium confi- tione, aut ex pacto antecedente tacito vel expre-

Non primum; quia leges illæ ad ciues cautores red-dendos institutæ , in eiusmodi damnis respiciunt ad omissionem cautionis , ac proinde quasi pœnales sunt, quibus hoc commune , vt ante iudicis senten-tiam non obligant, idq; in nostro casu patet , quia post mortem eorum, à quibus, vel in quorum domo damnum datum est, actio aduersus hæredes non tri-buitur, nisi lis ante contestata fuerat, iuxtal, inde Ne-ratius. §. hanc actionem. ff ad l. Aquilam.

Quod verò ad alterum attinet, suppono hic nul-lum pactum interuenisse: si enim interuenit, negari non potest damnificarem obligari ex culpa merè ciuii, ad quam præstandam , iuxta cuiusque contra-ctus naturam , se tacitè ac sponte obligauit, V.C. Commodarius ad leuissimam etiam culpam; Con-ductor ad leuem , precariò accipiens nonnisi adla-tam culpam siue dolum. Non enim audiendi sunt Sotus Toletanus; qui aiunt, Contrahentem non ob-ligari ad restituendum damnum sua culpa datum, nisi ea mortalis sit. Qua ratione omne commodandi officium intercludimus, siquidem nemo facile repe-riretur, qui V.C. commodare velit , si commodata-rius in conscientia obligatus non sit compensare da-mmum, quod per eius negligentiam secluso peccato, eoque mortali illatum fuerit. Quin imo si pactum, siue expresse , siue tacitè , secundum legem aut consuetudinem loci interueniat, vt V.C. nauta, vel campo teneatur de damno, vel iactura rerum, sine ul-la sua culpa accidente per seruos suos ; tunc in con-scientia foro, etiam ante Iudicis sententiam obliga-tio orietur.

Quod si verò damnum per culpam theologicam, adeoq; formaliter iniustum datum sit , omni fure

Ee 4 com-

compensandum erit , quare hæc obligatio etiam ad
hæredes transmittitur ante contestationem litis, se-
cundum ius canonicum & naturale. Interuenia
tem culpa theologica & propriè dicta iniuria, sive
ex directo proposito absque iusta causa damnuni-
feras, vel perspecto inferendi periculo , actione
abstineas, cum posses ac deberes abstinere.

4 Qui damnum alteri inculit per culpatam venia-
lem, qui animo præcipitauit , is secluso pacto de-
mnum resarcire debet non integrum , sed secundum
proportionem culpæ.

Prior pars prob. quia altera radix, vnde restitu-
di obligatio oritur, est iniusta acceptio vellæsio. Quod
autem per veniale iniuriam refert damnum, iste
iuste lædit: Ergo resarcire debet , & quidem ut ali-
tror sub mortali, si materia restituendi notabilis in-

Constat enim mortaliter peccare eum , qui no-
bilem quantitatem ex iustitia restituere obligatur
sine iusta causa intermittit. Posterior pars pro-
Cum enim iniusta danni illatio causa restituenda
existat, consequens videtur, secundum quantitatem
iniuriæ, tanquam causæ , oportere esse restituendū
effectum.

Interim fateor Lessij & aliorum sententiam eli-
tutam & probabilem , damnificantem iniuri-
um veniali, ob actus imperfectionem , seclusio
cto, ad nullam restitutionem teneri, propter cap-
damna ex leui eiusmodi inconsideratione ; que-
cile interuenit , prouenientia , casuipo-
tius, quam culpæ adscribi
soleant.

PAR.